

N. 1506  
**ARTIFICIVM**

**PRUDENTIAE,**

**SEV**

**RATIONIS STATVS ARTEM**

*Dela* **AD** *Libreria*

**VITAE COMMENTVM,**

**ET**

**AD NATVRÆ LAPSÆ SVBDVCTIONEM**

**EPISTELLAT.**

**D. D. ALFONSVS PERAL**   
**CABRERA. BIATIBENS.**

---

**CVM LICENTIA**

**Beatiæ. Apud Ioannem de la Cuesta. Anno 1640.**

A  
P 44a  
1640

И МУДРЕНІЯ  
ЗАПИСЫУТЬ  
ЗЕЗ  
ЧЕЛЯДЬ СЫСТАЯ  
ДА  
КОМПЛЕКСНАЯ  
ТЕ  
АРХИВНАЯ СУДОВАЯ  
ВІДБІГАЛА ВІД ПРАВИ  
ВІДВІДОВЛЯЛА  
СІДІВКА

D. D. G A S P A R I  
Guzmanio. A. R. Comiti  
de Oliuares.

D V C I S A N T L V C A R I S , H E L I C H I  
Marchioni, Comiti Hasnacollaris,

S E C R E T I O R I S C V B I C V L I P H I L I P P I  
Quarti Hispaniarum Regis, eiusque equilis  
P r æ fecto Maximo

A C O N S I L I I S S T A T V S B E L L I  
& gratiæ Indiarum Magno Cancellario

E Q V E S T R I S M I L I T I Æ H I S P A N I A  
Induperatori, Ordinis Alcantaræ maiori  
Commendatario

A R C I S H I S P A L E N S I S , B O N I R E C E S S V S ,  
& Fontis Rabiae perpetuo P r æ fecto  
D. D. C. & subscripsit.

D. D. L. G. A. S. P. A. R. I.

Gunnison A.R. County

Lausanne

DACI SANT L'ACARIS HILLION  
MaisonGobelin

SECRETIORIS CARICONI HINDE  
Glossa Hispanicae Linguae

ACONCILIIS STATAZ BELLIS  
Gloriosissimum M<sup>g</sup>is Clioq[ue]lio

**EGYPTIAN MUSEUM**  
INDEPENDENCE, OLD AND NEW TESTAMENT

ANALYSIS OF THE HISTORICAL RECORDS OF  
THE LITERATURE OF THE AMERICAN PEOPLE

# LEGENTI

## OPERIS CONCLUSIO, COM- mendatio,& protestatio.



DOMINUS NAVFRAGIVM  
usque iam discursus inundauerunt politici, & horis scientibus aquis abundat alueus. Cum igitur euentus fortunae varijs, dissimilesque sint, & minime futura possint praesentaneo mollii discursu, nec recto ductari tramite, aut certa transcurrere via. Ideo prudentiae artificium hoc nouiter, & velut ab oraculo de promptum, ex cogitauit, & ex cruxi, non quantitate molle, sed discretum, ut fermentam, ut salis medicum, ut sinapis granum, ad vitæ integritatem, ad sensuum sapientiam, tanquam anulum in dextera, tripliè verbo totum opus profero, imperandi nempè, parandi, & militandi. Hæc summa est, hoc vitæ summum, & de uno quoque mulea, sed paucis verbis nouam in veteri via semicam quero, nullum tamen sine labore compendium. Non discursus offero, tantum principia conseruo, ut cuiuslibet mens in omni re agenda impræsentiarum consuleiora commentee. Tantummedo  
enim

enim præsentanei negotij agitatione intellectus, ut silex,  
scintillat. Vexatio dat intellectum, & lustrat rei agen-  
dæ materiem. Dat hec artificiū in omni humana func-  
tione disserendi, & consiliandi normam, coniecturandi  
prudenciam, implorandi audaciam, dicendi copiam, &  
rerum pene omnium notitiam. Et hoc, velut expectato son-  
te ( si fas est ) potius diuinamus, quam intelligimus.  
Dum taxat operis nouitate excimeo, semper enim nouis,  
aut inuidia exploditur, aut ignorantia obscuratur. Ideo  
que consiliai prolixie, per pluries delibani, prægustata  
præbui, & multorum periculo commendau. Veruntamē  
communi plausu anbelavi, quia omnes consuluerant ba-  
ni, nec minus apte, ut epistolam mitto, quia elementa-  
rium hoc opus est, & ideo potius ad chartulam, quam ad  
librum spectat. Semper denique nouitas per epistolam  
commendatur. Quid noui affere epistola? proloquium  
dicit. Accipe, milletor, hoc munuscum, & redde gra-  
etitudinis officia, mea enim mente orthodoxe loquor, sed  
nolle mea maliciose commeneari. Non, ut phalangium  
mordeas, sed, ut apis, mellifica. Et si quid sanctæ Ro-  
manæ Ecclesiæ dissonam dixerim, indictum ascisco, &  
in sciccia, aut incuria lapsam procester. Vale.

EXCELENTISSIMO D. D. GASPARI  
Guzmanio Comiti de Oliuares, Duci de  
Sane Lucas.



EC CORPVS LVCI-  
dum citra vmbram , nec sine  
murmuratione Moses, nec iam  
miracula plebi placent. Id circa  
aliquando ab illa ex probrari  
probitatis commendatio est.

Quoties huius nostrę eratis nu-  
bilosum tempus voluo , statim occurrit origo , &  
tumentem, hunc bellorum vomicem, rerum om-  
nium caritatem, & indigentiam, monetæ mutabi-  
litatem , frequentem censum , & donatiuorum  
exactionem, nō nisi à præterita pace natam veri-  
fico, frequenter crudelius illa, quam armis debel-  
lantur regna. Nostra igitur iam decubabat His-  
pania, otio laborabat, cupiditate inardeſcebat, in-  
decora pace quiescebat , inops , iners , inermis in  
dies debilitabatur ad desperationem usque. Quis  
dubitat? Magno certe indigebat Rege successore,  
ut Mose miraculoſo, & ob venit feliciter, & mag-  
nus , & miraculosus noster Philippus Rex quar-  
tus, quem & si fortuna iuuat, licet non ampla , ta-  
men illi diuina superstes est, ut Catholico, tot ful-  
ta miraculis, quot cumulata factionibus , quia de-

A fatigatur,

fatigatur, ut vincat, raro enim deuincitur, qui  
Deum semper vlciscitur gratuatum. Succurrit etia  
humana, ut, magno, & alterius Iosue opera, & fo-  
lertia illustrata, tui ipsius scilicet, qui solem p̄z  
occupas ad opera, & præuenis ad bella. Ideo  
Deus prædicatur magnus, quia attingit à fine us-  
que ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter.  
Rex itaque noster etiam magnus, quia co[n]t[ra]it  
contraria, & velut attingit extrema, ubique po-  
tens, ubique formidabilis, ubique Rex. Sed quā-  
uis ubiunque inlectatus ab oriente, & occidente,  
a septentriōne, & meridie pacem excandefacit,  
& bellum amicos iuuat, & inimicos debellat, nec  
aduersis cōcūtitur, nec secūdis augescit, & (quod  
mirabilius est) inter ingentia sumptuum, & expē-  
farum impendia absunit, & decurat monetam,  
alioquin etiam cudit. Septingentos mille militum  
alit ad castra, & ad naumachiam. Et quid inter tā-  
tos? ecce miracula, cum indigentior, tunc alijs  
abūdantior, sua met potentia irrobatur inimici,  
sua denique substantia viget exteri, pugnat pro  
eo Deus. Audi Olandæ quandam magistrū epis-  
tola ad suum senatum 22. Nouemb. 1626. Omni-  
potens Deus propugnat, & fortunat Hispaniarum re-  
gnum aduersus Otomanum, & quemcunque inimicum.  
Qui non pauebit, cum leo rugit Hispaniæ. Pugnat mi-  
raculis celi contra nos, ut in bello Dourlach, in obſidione

Flet.


Flerd, & Mansflet, Ambers, Bredæ, & in India Occidental. Et quia Ecclesiam tuerat Romanam obseruantissime, inter omnes reges, ut accipiter, & sublimipeta, virtute, & viribus pugnat. Nos autem fallaci asturia. Sed catuli glaucitant, & amissa præsidia deflent, opugnatarumque urbium detrimenta. Et quid hoc? si non incuria Principis, neque subsidiorum defectus sed tantum secundarum causarum obliquitate, & iniuria, aut primæ prouidentia? Deus solum modo, & natura certis, & exploratis ritur medijs ad essetum. Principes vero non nisi liberis, & contingentibus, nec omnino ad riutum, sed ad indigentiam, & ad alterius voluntatem, forte sauciatam, qua quasi fortuito fortescunt. Ergo nullatenus in aduersa fortuna deculpandi. Et quid inde? cum expugnantur, vel prius deartuantur membro? Tota ne ideo costruet potentia? minime. Quia unius, vel alterius lineæ obliquitas geometram non perdit, sed maxime maximum decet Principem de amissis gloriaris ob magnitudinem, quia ille magnus, qui lucro confunditur, & detimento, & oppignoratione diffunditur, & grandescit. Et prouide Deus summam potestatem oppugnationibus opputari finit, ne periclitanter dilatetur, & forte euanscat. Ideo grandia, & immania, vi maria, à natura ipsa proterminantur, ne sua collabantur potentia.

Quia nec securitas in abundantia, nec in multa vir-  
tute est, nec , dum in inoffensa tranquillitate , sed  
potius,vbi bellica canuntur , & vbi ora maritima  
quotidie tumultuantur. Tamen , quia Hispania  
diuturna lassitudine absolebat , nunc hanc alienat  
stragem,deplorat inopiam,& tributa. Sed vbi ad  
præsens copia est? Omne regnum ( Martis nunc  
regnantis opera ) expatriatum , profligationibus  
oribatum,& mordicibus dilaceratum est. Sed qua-  
re Christiani canum more esca inmedium pro-  
iecta arma induunt nisi ad necem? & ad subuer-  
sionem? ad clangorem? & iacturam? &c,vt Æsopi  
canes,umbram apprehendant,& carnem perdant?  
Nostra tamen Hispania lachessita defenditur. Sed  
heu, si iam absorta,& moribunda tuis non , claris-  
sime Princeps, subleuaretur subsidijs? & irrorare-  
tur folertia? suumque reciprocaret spiritum? Sed  
quomodo? verbis utar Ezechielis 28. Quia in tua  
sapiencia & prudentia tua fecisti tibi fortitudinem,  
& acquisuisti aurum, & argentum in thesauris tuis.  
Tota igitur potentia , & fortitudo regni pecunia  
est. Profecto præsagiusti bellicum noslæ ætatis  
tumultum, & prouidentia tua post repignoratum  
regale patrimonium, & aucta regalia, amplam re-  
posuisti facultatem in posterum , non ad tui præ-  
dium, sed ad regni præsidium, non ut habeas alle-  
tum, sed ut exhibeas tuum. Ideo protam ingenti  
officio

officio omnes regni optimates munera tibi exop-  
tant, & precantur, tu vero renuis, quia non tam in  
seruis, quam amas, & amor non in alio, quam re-  
damando, rependitur. Sed ad huc demereris, quia  
ad Regem, ad regnum, & ad regimen totus anima-  
es, & totus in toto, & in qualibet versaris parte.  
Certe non unus, sed complusulus ad pacem, &  
agmen ad bellum es. Omnia opportune disponis,  
ardua assequaris, minima prouides, ædificas, tan-  
quam semper victurus, viuis, quasi altera die me-  
riturus. Et hoc ( inquam ) totum in tua sapientia,  
& prudentia, imo prudentiae hoc artificio, cuius  
exemplar, magister, & author es. Ideo opus hoc  
tibi sacro, ut meum leue munus, sed non leue, quia  
ad tui formulam, & commentum. In tuae protec-  
tionis umbra submitto, ut cōsona clarius pateant,  
& dissona occultius abscondantur. Vale, viue per  
secula.

C L A R I S-

1939-1940



## CLARISSIME PRINCEPS.



R T O I A M S O L E  
lucernam accendere nitor.  
Sed cedat communis ma-  
teries nouitati. Hominem  
facile mobilem, & cassum  
subleuare, & cōfirmare præ-  
sumo, dilabentemque attē-  
tare hoc prudentiæ artificio. Magnum opus, sed  
satis paruulus author, vt nec aduersis circumrote-  
tur, nec secundis eleuetur, sed quocunque cadat,  
firmus stet, & quæcunque cadant, fortiter ferat, &  
stans, vt quadratus lapis, ad omnem contingentiam,  
fortunam, & eventum itueniat modum, & præ-  
beat ansam. Et hoc opus maxime ad præsens con-  
sentaneum censui. T E M P O R I, quia qua-  
dragesimus annus est, seu quadratus super mille-  
simum sexcentesimum R E G I N O S T R O,  
quia P H I L I P P V S QVARTVS. TIBI,  
quia vocaris G A S P A R nomen quadratum

ab

ab Hebraico Gazbar ductum, quo olim regum  
amici usurabantur, ut ex primo Esdræ cap. 1.  
patet de Mithridate à thesauris, & secretis Gaz-  
bar cognominato. H I S P A N I A E etiam, quia  
nomine Hebræo *Sipharad* quadrato gaudet, quo  
præsigitur suum imperium ad finem usque mun-  
di duraturum. Et denique O P E R I, seu A R-  
T I F I C I O N O S T R O, siquidem inqua-  
tuor distenditur capita, & velut quatuor irrigatū  
fluminibus, ut intellectualis paradisus, virtutibus  
(inquam) cardinalibus, quibus vita hominis (af-  
ferente Gregorio Magno) mensuratur per qua-  
drum. Explicet nunc mentem operis Hugo Vic-  
torinus, & nostræ iactet prudentiæ fundamenta  
lib. de clauistro animæ cap. 15. *Habenit (ait) quadra-*  
*ti lapides sex superficies inferius videlicet, & superius,*  
*ante, & retro, dextrum, & sinistrum, id est prælationē,*  
*& subiectionem, occulta, & aperea, prospera, & aduer-*  
*sa. Si lapis quadratus fueris, in quo cūque latere iaceas,*  
*firmiter stabis.* Hæc summa artificij est, &  
paucis verbis totus ebibitur pru-  
dentiæ Nilus.

C A P V T

# CAPVT I. Proæmialia pan- dit principia.

1. Ansit ratio status.
2. Quid sit.
3. Ansit prudenter.
4. Quot sunt fortunæ status, tot sunt rationis status parcer.

**H**O M O nunquam ineodem statu permanet, quia in eo libertas, & post lapsum ignorantia, rebellio, casus, & servitus, mente, corde, lingua, & salute vacillat. Indiget ergo prudentiae basi, prouidentiae ferro, ut nauigium, ne feratur quocunque, ne ve fortunarum collabescat imbre. Et ideo ratio status nuncupatur, quia solum modo intellectus veritatis pondere grauescit, voluntas vero volbitur, memoria labitur.

**2** Ratio status prudentia est ad offequendum, & conseruandum bonum vitæ necessarium. Explico diffinitionem. Prudentia genus est, quia virtus generalis, humanarum actionum directrix. Differentia est ad offequendum, & conseruandum, &c cæt. Sed præcipue in conseruando est, quia, quod acquiritur, fortunæ, & sortis censetur, quod vero conseruat, artis, & studij. Bonum, dixi, vitæ, ut vita, honor, diuitiæ, sed consentaneum, ita, ut liceat, oporteat,

expedit, deceat. Denique ad libui ~~ne~~ ~~fasum~~,  
quia quod supereft, inundat.

3 Ratio status nec ars, nec scientia vocitan-  
da, sed melius prudentia, quia recta ratio agibiliū  
est, aqua hoc prudentiæ artificium delibatur, quod  
non tam additcitur, quam allucinatur. Prudens  
per se ipsum cognoscit, sciens vero per alios. Ra-  
tionis status doctrix mens vniuersique est hoc  
artificio illustrata. Ideo huc præcepta congero, ve  
vnuſquisque ſuo rutinet dente.

4 Fortunam pro felicitate, aut in felicitate  
vſurpo, pro habere, ſeu carere, pro dignitatis  
fastigio, aut pro ſubiectionis calce. Ita ſumpta  
infontræ trochea triplicem comperio ſatum,  
Superioritatis, inferioritatis, & congreſionis.  
Quia in ea omnes, aut furſum, aut deorſum, aut  
infastigio, aut innestigio. Medium illius cōgressio  
eft. Occurſa ipſo quodam modo fons offenditur,  
ipſaque circumueſtio inuidiæ periclitatio eſt, in-  
deturbatio, & militia. Ideo quot ſunt fortunæ ſta-  
tus, tot rationis ſtatus recenſendi, Imperandi,  
parendi, & militandi. Hoc fortuna dat, fons con-  
cedit, ſed ratio ſtatus firmitat, propitiat, & parat,  
quia vnuſquisque potest eſſe ſuę for-  
tunæ faber.

## CAPVT 2. Confert princi- pia specialia Imperandi, pa- rendi, & militandi.

**V**T calleas opus, in quolibet statu ex cogita  
materiam, formam, individua, modum me-  
dia, & finem. Materia rei esse dicit, & posse,  
constitudinem, aptitudinem, antiquitatem, seu  
diurnitatem. Forma dicit actum, operationem,  
experientiam, decorem, & speciem. Individua  
inclinationem, qualitatem, & quantitatem. Modus  
dispositionem, compositionem, ordinem, locum,  
& precationem. Media prouidentiam. Finis ho-  
nestatem. Sed nunc de imperandi ratione, quae in  
regimen politicum, œconomicum, & monasticum  
partitur.

§. I.

### DE IMPERANDI STATVS PRIN- cipij, sive de politico regimine.

1. Politicum regimen quid, & quo complex, quid regnum,  
res publica, ciuitas, Senatus, plebs, & regia. 2. Impera-  
di forma, iusticia, eiusque partes, seu actus. 3. Indivi-  
dua, Summus Pöfex, Prelati Ecclesiastici, Impera-  
tor, Rex, Magistratus, seu iustitia administri. 4. Mo-  
dus, in edia, & finis imperandi.

## NVMBRVS I.

Politium regimen prudentia est ad actus iustiūq; exercendos, qui capite 3.9.2. enumerātur, & partitū in Regnum, Rēpublicam, ciuitatē, Senatum, Plebem, & Curiā.

R E G N V M constituit Rex, in debellatum, & naturale scinditur, hoc sanguini debetur, illud virtuti. Aut maximum, aut mediocre est. Maximum vel fidentia, & quietudine torpet, vel inuidia fatiscit. Mediocre securius, quia timore afficit, & nec afficit. Aut vnitum, aut vnde quaque dispersum regnum est, vt Hispanicum, illud pacatissimum, nisi nimia irruatur pace, aut diuendatur securitate. Hoc autē vel multitudine diffunditur, vel distantia confunditur, aut potentia labitur, aut depauperatur abūdātia.

R E S P V B L I C A tam regni, quam ciuitatis est, præmio, & supplicio viget, otio & grotat, pace, & abundantia intolefecit, incuria, cupidine, & luxuria imperantium obscuratur, ambitione, inuidia, & factionibus ciuium in ardescit, commendatur religione, regimine, obseruātia, scholis, militia, nauigatione, mercatura, agricultura, & artificio, præmio, & supplicio.

C I V I T A S est generum, pagorum que societas, regni robur, cum ciuium fide, diuitijs, dominio, obsequio, & nobilitate gaudet, iustitia, &

4

& immunitatibus accrescit.

SENATVM constituit Deus, seu synedriam. Ita ad Molem alloquitur Exod. 18. *Provide autem de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam. Paucis verbis sed satis, nam concilia non gruum, & anserum ad stupiditatem, clangorem, & segnationem, sed cygnorum ad extremum vitae concentum debent esse.*

PLEBS semper inconstans, importuna, & fabulatrix, in ea diligentia plena fuit similitudinē, negligentia vituperationum. Simi florent, leones quiescunt. Ibi seueritas periculosa, æqualitas despecta, liberalitas ingrata, sermo insidiosus, assentatio perniciosa, frons omnium familiaris, & persæpe animus iratus, iracundia occultæ, blanditiæ, apeitæ, aut queruli, aut insidiosi homines, aut difidentes super sunt, impetus plebis semper vanus, quia Regis imperium insuperabile.

CVRIA Principis decus, & splendor est, abundet religione, speciositate ædificiorum, fausto, & fastu incolarum, commeatu, & empium rerum copia, officio, & artificio, & deliciosis obambulationibus, & egressionibus.

### NUMBER 2.

Forma imperij iustitia est, & eius partibus,

& actibus affequitur, ut postea cap. 3. 5. 2.

N V M B R V S 3.

Vt individua notescant, unius cuiusque affectum, & inclinationem, per verba: passionem, & conditionem, per vultum: qualitatem, & quantitatem per opera exploramus. Et sunt S V M M V S P O N T I F E X, P R A E L A T I E C C L E S I A S T I C I, qui pastorum analoge depinguntur. Christus Petro. *Pafce oves meas,* quia qui præsunt, alijs pro sunt, & vt pastores in compascuo degunt ad omnes, non ad suam utilitatem occlusi. Ideo parentes, ut patentes sint. Nō virga ferrea puniant, sed lignea, & flexibili compescant, minentur, & moneant, componant, & congregent, caueant, ne suum diuidatur pecus, vigilent subdio, & subdiaria vitæ suæ opera sint, non abscondita. Summus honor, sed summum opus, imo & seruorum munus. Quid si fierent dominorum scandalum?

I M P E R A T O R aquilæ anatome claret, quæ solem aspicit, & solem respicit, cœlum rostrat, & terram calcat, ut Ecclesiæ pacator, & arbiter superiorum Principum.

R E X, ut medicus, ad communem sanitatem, & vitam tuendam inuitis, & volentibus medetur, aut oleo, aut opera, aut aliquando ferro. Rei publicæ

§

publicæ sit sufficiens , & sibi , pollet scientia rei  
militaris , & regiminis prudentia , & alicuius vir-  
tutis strenuitate obnomine . Scipsum curet , ut re-  
gie viuat , ut omnium exemplar . Si felicitate caret ,  
secum habeat feliciores quoque expertos . Adhi-  
beat in negotijs laborem , in agendis industriam ,  
in periculis fortitudinem , in conficiendis celerita-  
tem , in prouidendis consilia , in prohibendis auda-  
ciam , leges condat pro Deitimore , naturæ æqui-  
tate , nec de argento Domini vñquam ædificetur  
Baal , quia ad conspectum arcæ demoliūtur idola .  
Excellat denique honestate , quia regum non tā  
crudelitate Principis , quam turpitudine irruitur .

**MAGISTRATVS , seu IVSTITIAE  
ADMINISTER** lex loquens est . Imperet ,  
& pareat , quia dominari nequit , qui feruitatem  
alienat . Utilitatem & abundantiam tueatur . Cu-  
ret totum reipublicæ corpus , non partem , & po-  
pulus eorum votis stet pro commodis , & incom-  
modis . Succurrat omnium fortunis , intercludat  
seditionum vias , litigantium parcat molestijis , iudi-  
cet integerrime , æqualiter , & breviter , nec facile  
aureo frangatur pugno , non iracundia puniat , sed  
miti verbo , & verbere , nec contemnat , aut im- pro-  
peret humili , & despecto , quia aliquando puluis  
desiliens excæcat oculos , turbat , & exiliunt la-  
chrymæ .

chrymæ. Nec potentioribus dimicet, quia iactulatur in solem. Curet de bono nomine, & fama, quia aliquando virtus famæ cedit, aut famositas virtutum exaggeratur.

#### NVMERVS 4.

Imperandi modum dat temperantia, & fortitudo, spes, & fides, & eorum partes. Finis vero commodum commune est. Media prudentia consistit, & prouidentia, & virtutes iustitiae adiunctæ.

#### DE OECONOMICO REGIMINE.

1. Quid, & quotuplex. 2. Quæ forma, describitur psalterij analoge. 3. Individua. Prælatus, pater, mater, Pædagogus, filius, seruus, modus, finis, & media.

#### NVMERVS 1.

Oeconomicum regimen moderatio domus est ad vitę institutionem, & educationem, vel regiæ, vel communitalis, vel priuatæ domus.

Regiam decet sumptuositas, abundantia, redundantia, & ampla familia. Superbe fabricet Rex obnomen. Quid præstantius eo? Copiosum infumere censem non prodigalitas, sed prodigalitas est. Theusarizet ad pacem, & bellum, quia ad fortunam, & euentum, quod numeratur, præstat, quod exponitur, prouocat, vilescit, & tardat.

Melius

Melius est depectere, quam depilare. Exigat, sed non absumat, non deglubat, sed tondeat, quia ciuiis inops absque ope est. Veritas regnet in aula, minime inuidiae tinea. Nec felices puto, quos Principum fauore auctos reputo, vel quia aliquando saginantur ad cænam, vel forte, quia ut luna, quo viciniores soli, hoc minus habent luminis.

Communitatis domus grata, si abundat, inquieta, si indiget. Dissimilitudine, & potius æquilitate turbatur, assiduitate fatigat, in ea progressus totus ab negatione desideria assequitur, vel passionum latibulo. Semper enim soda'itas volētem compescit, & nolenti sub ventat. Qui in ea desideria profert, seipsum prodit, qui renuit, regnat, qui præstat, præ est Chamæleontis more. Ut vnuquisque est, ita morem gerere oportet.

Domus priuata ædificandi verbo commendatur sacre, & profane, quod gignere, alere, instruere, hæreditare, & congregare significat.

## NVM E R V S . 2.

Formam et si iustitia dat, sed præcipue charitas, quia ædificat, & hoc psalterij analogia explicatur, quod tribus illis indiget, apparatu, concinnitate, & contrectatione, seu usu. Apparatus familiæ res, & possessio est. Domestici, fibræ, he sunt voces, graues, excellentes, & acutæ. Seniorum, &

antiquorum ḡ.āues, magistrorum, & filiorū ex-  
cellentes, ignorantium, & seruorum acutę. Sem-  
per tintinant, & susurrant. Si consonant, melos, si  
dissont, murmur. In facultatibus boatus, in pau-  
perie querimonia. Præstat cœconomia dexteritas  
prudentię, & prouidentię, quibus utraque opera-  
tur manu disquiendo, & consonando.

### NUMERVS 3.

P R A E L A T V S minister est, & seruus.  
Caveat, nefiat Dominus. Cum prior, vt fiois, in  
intentione sit, posterior vero in executione. Supe-  
rior labore, inferior præmio. Sit pater, & mater,  
pedagogus, filius, & seruus.

P A T E R sapiens sit ad erudiendum, pru-  
dens ad regēdū, prouidēs ad parandum, solers ad  
possidendum, studiosus ad magnificationem, ad  
opera ciuilia, forēsia, & iusticia, ad victū, & cultū.

M A T E R condecoratur pudore, & ho-  
nestatis pulchritudine, timiditate ad res domesti-  
cas custodiendas, diligentia ad parandas, charita-  
te, patiētia, assiduitate, & sedulitate circa prolem,  
& ancillas.

P A E D A G O G V S excultor, vt agri-  
cola, plantarum, & arborum, verax, sciens, comis,  
& urbanus. Non tam verbere, quam verbo corri-  
gat. Extineatur non in humanus, sed mitis, vt nu-  
trix,

trix, quia quò purius lac, seu doctrina clarior, & facilior, eò infantium cultus utilior, & præstavior.

F I L I I abundant pane, & virga, nec tam vapulent, quam minis coerceantur, ament circa patrem, & matrem pietatem. Inter fratres commendatur amor, quia per se ipso in solescunt inuidia. Primos mundi aspice fratres, & præcipue illos, quos non discordes in domo, sed debellant in vtero legimus. Erit igitur nouum, si armati faciūt, quod non nati solent.

S E R V I denique fide, diligentia, & laboris assiduitate placent. Sunt enim formicæ domus. Sed, qui inferiuit, ne seruias.

### N V M E R V S 4.

Modus fortitudine, & temperantia addiscitur. Finis magnificatio, profectus, & augmentum. Media parantur prudentia, & prouidentia.

## D E M O N A S T I C O R E G I M I N E.

M Onasticum regimen interius est eò difficilius, quò occultius, & singularius. In illo Deus, lex, & ratio præsunt. Homo tantum minister est, patet, abnegatur, & continet se. Curet sapientia, & scientia uti contra irascibilem, quia veritatū cognitione præ ponderatur. Prudentia, & arte contra concupisibilem

concupiscibilem ; quia solum modo prudentiae partibus , & artis occupatione plumbescit . Sed politice passionum Ironia mitescat , ut cedat præcipitatio rationi , & impatiëtia sapientiae . Assuecat unus esse , ad consortium consentaneus , utilis , concors , comis , & lepidus . Ad negotia totus anima , ad fortunam audax , ad amicos verus , ad inimicos solers , & ad omnes cautus , nec totus caro , nec , ut Batarus , flaminatus , quia vilesket , sed virtutum splendore , & morum ciuitate grauescat .

S. 2.

**PAREN DI STATVS PRINCIPIA**  
particularia.

1. Qui , & quotuplex parere sit . 2. Quæ individua , & qui respectus individuorum . 3. Quæ forma , modus , finis , & media .

Prætere est facere , quod intelligimus optimum esse factum , non tam præstolari mandatum , quam exequi opportunitatem . Et duplex subiectio est , aut excellentium , aut particularium .

**NVMERVS 2.**

Viri excellentes sunt Princeps hereditarius , proles regia , externi Principes , amicus Regis , legati ,

gati, pro reges, regnorum comitia, Potentatus, seu  
Duces, Marchiones, Comites, & cæt. Magistra-  
tus, seu consiliarij, Prætores, iustitiæ administri, &  
denique omnes illi, qui officio, dominio, & digni-  
tate suffragantur.

Particulares sunt, qui simpliciter parent,  
æqualemque vitæ rationem degunt, quamvis no-  
bilitate, diuitijs, arte, & officio differant. Qui om-  
nes temperantia coalescent studio, ut cap. 3. §. 3.  
& spei spiraculo.

P R I N C E P S HÆREDITARIUS  
non, vt vultur, ad cadauer patris sit, sed pius, obe-  
diens, studiosus, & grauis. Et omnis proles regia  
temperantia, & spe fulciatur, illarum que collec-  
taneis.

A M I C V S R E G I S maxime caueat,  
in sua assiduitate delasset Principem, præpediat  
ve solitudinem. Semper revereatur, colat, obser-  
uet, vt conseruet. Leui facilitate placeat absque  
thecna. Adstet consonus, assuetus, expertus, com-  
munis, industrius, indifferens, & ansam infer mo-  
cionationibus querat. Modeste tamen. Collaudet  
regios consanguineos, & amicos. Caueat, ne inui-  
dorum tinea pertundatur, sed potius fidentium  
Fauonio foueatur. Imiticos beneficijs deuinciat,  
amicos que confirmet. Inuidos vribanitate, & af-

fabilitate feriet. Pompā deponat, nec nouis deco-  
retur titulis. Timeat Deum, amet veritatem, &  
ambientium caueat audaciā, adulantiumq; aurā.  
In regni comitijs succurreretur Principum neceſi-  
tati, &c vtilitati seruata proportione ad bella, & ad  
ſuceptus extēnos, & internos sustinendos. Iusta  
que de causa donatiua etiam, vi, aut metu ex tor-  
queri possunt. Quia commune commodū ſpec-  
tabilius. Procuratores boni publici custodes ſunt,  
ne nondinet regnum, curent.

L E G A T V S Principis oculus emissi-  
tius est, auris ad fidem, manus ad pacē, & ad bel-  
lum. Sit emunctæ naris vir, ſummi iudicij, rerum,  
& linguarum peritus. In obſeroandis omnibus di-  
ligentissimus, eloquens, industrius, & ad ex ſen-  
tentiam paratus.

Sed his subordinantur, & connectuntur reſ-  
pectibus, nempe ad Deum, ad superiores, ad ſe-  
ipſos, ad æquales, ad inæquales, ad inferiores, ad  
amicos, & inimicos, ad diuites, & pauperes.

Circa D E V M religio obſeruanda, qua  
ſeruantur regna, quia ſummo bono maxime fle-  
titur humana voluntas, & ab ipſo omnia prouidē-  
tia, & auxilio tutantur, & aſſequuntur.

Circa S V P E R I O R E S amor, & ti-  
mor, imitatio, reuerentia, condonatio, donum,  
inficitia,

inscitia, nec leuitas, nec prolixitas, nec securitas, nec malum nuntium, sed felicissima precari, & augurari, ad placitum blandiri, & noxia submovere. Quia potestas per sepe satisfactione, & cōplacentia gaudet, oppositione minime.

Circa S E I P S O S iam, cum de monastico regimine, prae*dixi*.

Circa A E Q V A L E S comitas, æquitas, obseruantia, &c aliquando submissio respectu, commodum, & amicitia.

Circa I N A E Q V A L E S obserua quod non semper quis, quamvis inferior, inæqualis cēsendus, quia aliquando fortuna detorsit, & sors obnubilat, quod in stipite, & natura commendatur. Inæqualitas, aut à nobilitate, aut à dignitate est, sed rependitur virtute, & scientia.

Circa I N F E R I O R E S beneuolentia, promissio, honor, gratitudo, rectitudo, nec familiaritas, nec iactantia exhibenda.

Circa A M I C O S sympathia, idem velle, & nolle, cupere, & odiſſe, & hoc usq; adaras, quia imminet infortuna titubante periculum. Extra cētrum amicitia est inter in egales, & dissimiles, nisi honestate, gloria, tranquillitate, iucunditate, insinuatione, scientia compensetur, & solidetur.

Circa I N I M I C O S, si familiares, pef-

tis,

tis, si certi, curacitas, si incerti, & taciturni, mors.  
Docti est me tuere inimicum, & melius est me  
tuere, quam habere. In simulatione officij amicus  
fictus hostis est insidians, ut dens putridus, aut in-  
ficit, aut deficit.

Circa D I V I T E S , & pauperes incō-  
tantia timenda, leuitas, & suspicio, semper incerti,  
inuidi, & miseri. Illos nūmūs alienat, perturbat, &  
permutat, hos inopia vendit ad omnes usus, sed  
hāreditarij, & voluntarij vtiliores.

### N V M E R V S 3.

Formam parendi temperantia dat, & spes,  
& eorum actus, seu partes. Modum iustitia, & for-  
titudo, & cæt. Finis est ascendere, valere, ditari,  
conseruari, & manuteneri. Media prudentia, &  
prudentia.

§. 3.

### M I L I T A N D I S T A T V S P R I N C I P I A consentanea.

1. Quid, & quotuplex sit bellum. 2. Forma belli. 3. De  
individuis. 4. De modo belli. 5. De fine, & medijs.

BEllum est dissensio, per quam arma mouentur.  
Et spirituale, aut corporale est. Spirituale vel  
intellectus, vel voluntatis, vel memoriarum. Bel-  
lum intellectus dubitatio est, ignorantia, & men-  
daciūm,

dacium, inde lites, disputationes, & contentiones? Voluntatis vero antipathia, & odium est, unde mouentur arma, aut euaginatur ensis, aut verbum. Memoriae beneficiorum obliuio est, & iniuriai tenacitas.

Corporale vero in castrense, & ciuile partitur. Castrense est multitudinis contra multitudinem extraneorum raro ineundum, quia facilius est à iure decidere, quam de summo periclitari. Euentus belli incerti, ut aleæ exposita pecunia, dubium cui cessura est, & cuius erit iuris.

Ciuile bellum multitudinis est contra multitudinem eiusdem regni, vel ciuitatis. Oritur ambitione, inuidia, cupiditate, & honestatur titulus honestatis patriæ. Incendium in extinguibile, malum in extremis.

De duello, seu de singulari certamine, & de grauationum pensationibus nec leuis materia est, sed non tam scriptoris, quam sapientis orthodoxi, nec ad rationem status singularis vindicta pertinet, cum ferinum sit opus, & citra conseruationem. De vera ensis dexteritate studium minime ignorandum, quo fortitudo cedit arti, & vires demonstrationi.

**NVM E&RVS 2.**

Belli formam dat fortitudo, & fides, earum

D

que

que actus, & partes, nec non, & militaris ars, quæ  
in puluere addiscitur, non tam in schola. Munus  
eius est 1. de fortificatione agere. 2. de machina-  
mentis, seu de machinario oppugnatore. 3. de  
componendis, & ordinâdis cohortibus. 4. de om-  
nium armorum genere, strenuitate, & usu.

### NVMERVS 3.

Belli opifex, aut pedites, aut equites sunt.  
Militum munera, officia, & partes luculenter, &  
apte scripsit Lelius Brancachus, rescriptis que  
materna lingua. D. Alföslus Scauinus Cler. regul.

Sed, qui utiliores ad bellum, expertis credâ,  
& propeditibus suffragor.

### NVMERVS 4.

Belli modum quatuor cingam verbis, dispo-  
nere, prouidere, componere, & exhortari. Dispo-  
nere ad animum, locum, & rem spectat. Prouide-  
re de necessarijs. Componere cohortes, seu acies.  
Exhortari ad duces. Et hoc iustitiae, & tempera-  
tiae partibus committitur.

### NVMERVS 5.

Finis belli pax, securitas, & iusta Principum  
superiorum vindicatio est.

Media arma sunt ad offensionem, & defen-  
sionem. Haec castellum, seu praesidium (cuius pre-  
ses tantum morte dedatur, ac si dissolueretur ani-

mæ, & corporis vinculum) murus, confugium, fa-  
la, munitio, scutum, & ferrea armatura. Illa vero,  
aut ferrea, aut ignea, inter quæ annumerantur in-  
sidiæ, ut famæ, quæ magis, quam ferrum, vrget,  
discordiæ, exercitus contrarij, factiosi Principes,  
diuersiones, stratagemata; munitiones, se insyluas  
recipere, explorations, circuitiones, nuntia-  
tiones, secretum, inopinatus euentus, commeatus li-  
ber, & pecunia multa ad victum, & cultum, &  
ad remunerationem. Et hæc sana pace debello.

## CAPVT 3. Principia gene- ralia statuum Imperandi, pa- rendi, & militandi.

**H**V C usque principia particularia impe-  
randi, parendi, & militandi superscripti,  
deinceps generaliora subscripti  
fillet discursus, hæc à prudentia, iustitia, tempera-  
tia, & fortitude, & eorum partibus ex haurienda  
sunt. Hoc, inquam, modo. Prudentia rationem  
induit genericam ad omnes status. Alteræ vero  
specificam, Quid status imperandi est, nisi prudé-  
tia ad actus iustitiaz exercendos? Quid parendi, ni-

si prudentia ad actus temperantiae exercendos?  
Quid militandi , nisi prudentia ad actus fortitudi-  
nis exercendos ? Hoc igitur ordine tota disponi-  
tur prudentiae disciplina.

S. 2.

## DE PRUDENTIA RATIONIS STATVS generica virtute.

Christus Dominus prudentiae protulit con-  
silium. *Estate ergo prudentes* (ait) *sicut serpentes , &*  
*simplices, sicut columbae.* Ecce totum vitæ politicæ  
compendium. Caput protegere, vetusta spoliari  
pelle , ut coluber , carere felle , feligere meliora,  
ut columba. Hęc disciplina Christi est.

Prudentia vero in veram , & falsam proten-  
ditur. Falsa dat prauo fini dispositionem optimā,  
qua prudens latro feliciter depeculatur. Sed hęc  
venenū euomit, quia serpētis illius callidissimę per  
sēpe actus est , paraturque astutia , dolo , fraude,  
prudentia carnis, sollicitudine temporalium , & fu-  
turonum.

Licebit ne his aliquando vti ? Minime , nisi  
quando est prudens industria ad bonum , nec de-  
cipiendi animo , & cum , nec fictio , nec menda-  
cium captatur, sed, cum oportet theriacam de ve-  
neno facere , & vt clareat , vnius cuiusque subteg-  
men, panditur.

A S T V-

**A S T V T I A** est industria ad celandū fac-tum, aut verbis, aut factis. Item ad comperiendū, bonum, & utile, vt Ioseph. scypho aureo, vel ad malum occultandum, & intricandum, vel ad le-gendam intentionem. Et hoc fit æquiuocatione, amphibologia, interrogatione dubia, Ironia pa-sionum, & dissimulatione affectus (proh menda-cium) & persæpe timore, & laudatione.

**D O L V S** est exequutio astutiæ in verbis, vel dolando, aut minuendo verba, aut dolonis spe-ciem referendo. Ad oculum virga, ad manum cus-pis, vt in herba anguis. Cum promittitur fauor, & latescit spes, tunc perimitur animus, & latitat in-juria.

**F R A V S** est executio astutiæ in factis, vt cum osculo machinatur proditio, & pace perimi-tur pax.

**C A L L I D I T A S** est, cum vitiosæ pa-sionis sterlus virtutum candore dealbatur, & ad malum inducere commoditatis, seu conuenientie stimulo, vel honoris magnipendio.

**F A L L A C I A** est, cum veritas so-phistice obscuratur, cum sapientia simulatur ig-norantia, fauor illuditur, & vallus vitem decipit.

**P R V D E N T I A** carnis simulationem, mendacium, hypocrisym, artificium, duplicitatem

incorde, ore, & opere, & personarum suppositio-  
nem, & acceptationem docet.

SOLICITVDO TEMPORALIVM  
non tam ad congregandum, vel lucrādum, quam  
ad ambiendum est.

Denique SOLICITVDO FVTVR-  
rum infortunatissimos reddit homines, quia vtile,  
& iucundum non tam patratur, quam inuenitur.  
Peius, si diuinatione fatuantur.

Vera autem prudentia, vel perfecta, vel im-  
perfecta est, & hæc duplex. Primo, cum homo  
particulare respicit cōmodum, & suam extrinse-  
cam vtilitatem, ut mereatur. Secundo, cum quis  
probe eligit, sed praeue p̄cipit. Congregat men-  
te, & manu disjicit.

P R V D E N T I A perfecta assequitur,  
primo consilio, & inquisitione mediorum, secun-  
do bene eligendo de inquisitis, & inuentis, tertio  
diligenter, & efficaciter exequendo p̄iudicata.

Sed fuge p̄cipitationem, ne absque con-  
silio aliquid fiat: inconsiderationem, ne fortuito  
opereris; inconstantiam leuissime fluctuando mē-  
te; negligentiam, quia semper nocuit differre pa-  
ratis. Omissio namque felicitatis aborsus est.

Partes perfectæ prudentiæ sunt memoria  
prouidentia, & intellectus.

M E:

**M E M O R I A** homo præterita consu-  
lit, obseruatione, & historia illustratur sacra, &  
profana.

**P R O V I D E N T I A** futura præuidé-  
tur octupliciter, 1. ex præteritis, & presentibus  
coniectando. 2. ex fine, & medijs. 3. de maiori ad  
minus inferendo, & de minore ad maius. 4. ex  
consuetudine, & ex similibus ad similia. 5. per ef-  
fectus naturales, 6. per vultum, oculos, supercilia,  
dolorem, metum, & tristitiam, & verba. 7. per  
amicos, & inimicos. 8. in secundis, & aduersis  
secundum irascibilis, & cupiscibilis motus.

**I N T E L L E C T U S** præsentia cir-  
cumspicit, & hoc soleitia, ratione, docilitate, cir-  
cumspetione, cautione, & secreto.

**S O L E R T I A** est subtilis coniecturatio  
medijs.

**R A T I O**, qua discernitur bonum, & malū.

**D O C I L I T A S**, qua homo aliorum ac-  
quiescit consilijs.

**C I R C U M S P E C T I O**, qua negotij cir-  
cumstantias percallemus tentabunda maturitate,  
vtendo calcari, & oreæ. Circumstantię sunt. Quis,  
quid, de quo, vel à quo, quare, quantum, quale, ubi,  
quando, quomodo, & cum quo.

**C A V T I O E S T**, qua impedimenta au-  
cantur,

cantur, & difficultates superuincuntur, & præca-  
uentur.

S E C R E T V M , quo , aut mature scūt  
res, aut condiuntur , inseparabile regiminis acci-  
dens. Quod enim deuaporatur, euaneſcit , & de-  
prauatur. Sed audi cautionis monita. Principijs  
obſta. Malum,dum exiguum,præcaue, nouitatē  
fuge; nec plus, quam oportet , ſapias ; nec verbis  
abundes; in graui periculo caput submitte, ut tran-  
ſeat fluctuum conflictus. Incontentione deflecte,  
nec parata diſſeras, expertis crede , legendo diſce,  
audiendo præcaue,nec potentioribus te dimicēs,  
nec nimium depacis tranquillitate fidas , noli iac-  
tari de bonis. Sufficiunt pauca,quæ profunt, defi-  
ciunt multa,quæ adiiciuntur. Quæ ſuperant, ludi-  
brio exponuntur. Melior eſt diligentia,quam for-  
titudinis fidentia. Nunquam aduersis deuincaris,  
patientia ſuperat, in ſufferentia quæremodum , &  
rei exitum,quia vexatio dat intellectum. Cognos-  
ce tempora , nec te de ingrauato , aut de inimico  
concedas,nec fugias laborem, nec aperte multi-  
tudini repugnes. Et vbi liberalitas munerum,  
& officiorum intercedit , nec ſanguis,  
nec amicitia præualet.

\* \* \*